

# **Universitätsbibliothek Paderborn**

## **Annus Cisterciensis**

In quo Pia, Et Brevi Apostrophe proponuntur Veneranda, & Imitanda Gesta  
præcipua, & eximiæ Virtutes Sanctorum ac Beatorum utriusque sexûs  
Ejusdem Sacri, Et Ab Origine Sua Exempti Ordinis

**Meglinder, Joseph**

**[S.I.], Anno MDCLXXXII.**

14 Februarij. 16 Cal. Martij.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-45295**

scribentibus sepulchro tuo prodigijs.  
*Tu ad nuptias Agni Immaculati ingressu-*  
 Vestis *ra, nec inornata, nec vacua, verè prudens*  
*nuptia-* *virgo comparuisti. Utrumque egenum me,*  
*lis. ô felix Christi sponsa, utrumque adjuva.*

*Quanti periculi sit, sinè veste nuptiali am-*  
*bire confessum in illa beatitudinis æterne*  
*cæna; exemplo satis terribili est miser ille*  
*Evangelicus conviva, licet compulsus in-*  
*trare, ejectus tamen in tenebras extremas.*

S. BERARDUS, ser. 28. de divers

Puden- *Quis ille pudor erit, quæve confusio,*  
 da res, *post tanta beneficia tam tepidos, tam*  
 tepor *imperfectos, tam vacuos apparere ait*  
 in via *te faciem Dei nostri? Fugiebat A-*  
 perfe- *dam, ut absconderetur ab eo, post u-*  
 ctionis. *nius utiq, pomi vetiti gustum. Quid*  
*nos post tanta flagitia, post tanta fa-*  
*cinora presumemus?*

(\*) (\*) § (\*) § (\*) § (\*) (\*)

14. Februarij. 16 Cal. Martij.

Circa B. VITALIS, cœnobii ad S. Sulpi-  
 annum 1300. *tium in Sabaudia Converse devoti-*  
*onis ferventissimæ: in quo humilitas,*  
*charitas, & pietas tam suavi lumine*  
*refulgebant; ut earundem virtutum*  
*exeni-*

XIV FEBRUARII.

exemplar, quasi specialiter à D<sup>e</sup> clectum, ac hominibus ad imitationem propositum esse videreris. Mortuus denique in senectute summa, crebris ad tumulum miraculis innotuit, quem gloriæ gradum fueris apud superos consecutus. Imperiam mihi à Deo, qui est Spirita corporis & animæ meæ, spiritum vetus vivere vitalem: ut in hac miserijs & mortibus talis plena lachrymarum valle vivam absque morte peccati; mors vero corporis sit mihi ingressus ad vitam beatam.

B. WULFRIDE: qui in ipso ju- *Vixit*  
ventutis flore candidis Cisterci flori- *circa*  
bus in Strata Florida insertus, sancti- *annum*  
moniae odorem spirabas, quem non *118<sup>o</sup>*.  
homines tantum, sed vel maximè An-  
geli amabant; quos s<sup>e</sup>pe purissimi o-  
culi tui merebantur conspicere. Attra- *Ange-*  
hebas præterea cœlestes illos spiritus *lis fa-*  
tuarum præcum magnete: cuius tanta *milia-*  
vis erat; ut sub publica Psalmodia Se- *ris:*  
raphinus ad te in splendore lucis am-  
plissime descenderit, & carbonem can-  
dentem ex allato thuribulo in os tuum  
immiserit. Cujus calorem subsequens  
triduum manifestavit; quo extra mor-  
tales sensus abreptus, continua felicita-  
te cœli delicijs jacebas immersus. At  
veluti cœli gaudium eras; ita terror  
dæmonum: quorum occulta erga alios

ma-

120 ANNI CISTERCIENS.

machinamenta divinitus cognoscens,  
salubris consilij & orationum armis  
enervabas. Cæca præsumptio est, sinè ora-  
tionis clypeo polliceri sibi de hoste maligna  
victoriam. Sed eum ferreum esse oportet;  
id est perseverantem: & præterea igneum  
amore Divino, ac devotionis fervore. Hunc  
tu clypeum, quo tot hostium cuncos pene-  
trasti securus, insere brachio meo; tum ma-  
xime, cum decretoriè illâ postremâ horâ e-  
rit pugnandum.

S. BERNARDUS, serm. 9. in Cant.

Oran-  
dum  
perseve-  
ranter.

Quibus studium est, orare frequen-  
ter; experti sunt, quod dico. Sepe  
corde tepido & arido accedimus, ad  
altare orationi incumbimus. Persti-  
tentibus autem repente infunditur  
gratia; pinguiscir pectus; replet visce-  
ra inundatio pietatis.

(\*) (\*) \$ (\*) \$ (\*) \$ (\*) (\*)

15 Februarij. 15 Cal. Martij.

Vixit B. BERTRADIS: quæ sacro virgi-  
circa nitatis velo secundum ritus Cister-  
annum cienses ornata, angustis parietibus in-  
clusisti innocentiam, sed non famam,  
1203. quæ virtutum tuarum meritas laudes  
pet